

Sermo

religionis ostendunt. vt sic dicatur Iudici. v. Qui diligunt te dñe sicut sol in ortu ita rutilant. Homo igit sol habet altitudinem in situ. sicut illud Eccl. xxiiij. Ego feci in celis vt oretur lumen indeiciens in quo notatur cōtempus temporalium quē in altissimo tenuit Augustinus. qz diuitias mundi et earū gloriā cōtempnit. et opere et voluntate. Unde in libro soliloqz vbi eū ratio inuērogat. Diuitias nullas cupis. respondit. Cum tricesimū annū agerem. postea temporalia ista cupere desisti vt nec aliud in his preter victū necessariū cogitarem. nec mirū qz vt dicitur Eccl. xxv. Homo sanctus in sapia sua manet. sicut sol qz quanto altior tanto feruentior ē. Scōdo rectitudinem in incessu. Nō enim incedit per curuū vt dicit Aug. Rectilineus est incessus luminis. hanc rectitudinem habuit Augustinus in corde per purā dilectionem. in ore per diuinā p̄fessionem. in opere per honestatē satisfactōem vel p̄uersationem. vt sic p̄fecte diceret illud ps. Ad oīa mandata tua dirigebar. zc. per hanc etiam est exemplar amatozū veritatis p̄pter qd dicit in libro p̄fessionū eliquabat veritas tua in cor meū fluebant lacrimę et bene mihi erat cum eis vt sic sol sanctus in terris multos illuminādo dirigeret sicut illud Eccl. xliij. Sol illuminās per omnia respectu. Tercio dulcedinem in effectu Eccl. xi. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. hanc dulcedinem generabat in diffusionē doctrine cuz alijs verba vite predicando stillaret quia vt dicitur. Prover. xvi. fauus mellis verba p̄posita. non tam de floribus eloquentie et verborū exornatōne quātum ad hōzū circumsp̄ctōem loquitur vt dicitur exquisitor verborū enim circūsp̄ctio dulcis est vt fauus mellis et erat ita in verbis doctoris duo sunt in melle. dulcedo ad refectōnem affectus. et cera ad illuminatōem intellectus. vt sic p̄pleatur illud Eccl. xliij. In ore quasi mel indulcorabit et Lant. iij. fa-

uus distillans la. per hoc igit triplicis p̄fectionis studiū potest dici Eccl. xliij. Tripliciter sol exurens montes radios igne / os exufflans zc. dicit ergo stella matutina et cetera

In decollatione sancti Iohannis baptiste Sermo. xxxvii

Decollauit eū in carcere et attulit caput eius in disco. Mat. xiiij. Hodie sicut nobis celebrat ecclesia decollationē Iohannis. cui ipse hodie decollatus nō fuerit sed circa festum azimozū anno se7 p̄cedente dñicam passionis. dignum tū est vt hodie celebretur. tum p̄pter osium eius cōcremationē. tum p̄pter osium collectionem. tum p̄pter capitis eius inuentionem tum etiā p̄pter digni translationē. Unde in verbis p̄positis ostendit horodis impietas quantū ad duo. videlicet quantū ad enormitatem sceleris cum dicit. Decollauit eum in carcere. magnū enim fuit sacrilegium et violentia tam sanctū virū tenere. maius iustum indecenter ligare. maximum vincitū in carcere detinere. sed summum vincitū et tentum decollare Nec solum est. qz idō in carcere decollauit ne turbatōem populū furentis incurreret. et ne ob tantū facinus infamaret. Et idō factum est dum incessum latere voluit per mortē Ioh. oibus innotuit p̄pter qd dicitur potuit Iohēs illud qd legit. iij Reg. vj. Nisi homicide filius huc vt p̄cidat caput meum. vere filius homicide. quia sicut hystoria et Bedā hic fuit herodes antipas filius herodis ascalanite qz p̄veros occidit et fratres agrippe qui Iacobum interficit Scōdo ad pensionem muneris cuz addit Et attulit caput eius in disco. id est in vase rotūdo desup extenso. vel pro mensali superposito mense vel superior mensa in triclinio. vel pulpitu noiat. hoc fuit munus qd dedit herodes herodiadi in premiū saltatōnis filie. qz caput Iohānis